



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

& contemptus occurunt, ex eis gaudere & animo exultare. Nā (vt benè Cassianus aduerit, exēploq; Monachi cuiusdā cōfirmat, qui, et si humiliis videretur, reuera talis nōn erat) aliqui malē de se ipsis loquuntur, vt humiles habeantur; optantes id non credi, sed virtuti humilitatis attribui: nam cūm alij malē de ipsis loquuntur, ipsi tristantur, & torquentur; & pacem ac patientiam abijcunt. At P. Balthassar, non solum libenter se ipsum contemnebat; sed etiam exultabat, cūm aliquid eueniebat, quo ab alijs contemerentur; vt in subiectis exēmplis apparebit.

## §. III.

**H**INC ad tertium humilitatis gradum adest, cum ex donis excelsis, & officijs à Deo sibi datis non euaneat. Nam, cūm res eius dignæ valde essent, quæ magni fierent, adeò ipse parui eas faciebat, vt proprias exhortationes in abiectionis chartis & superscriptionibus adnotaret; ac diceret, se ab omnibus domesticis confundi, ac doceri: & re ipsa ab omnibus, etiam ipsi Tyronibus discebat libenter. Horum quidam in exhortatione quam in Vigilia Pentecostes habuit, (quemadmodum fieri solet ad ingressum in Societatem, vt suum talentum ostendant) dixit cum furore inter alia: nunc venit Spiritus sanctus, examus illi obuiam, eius in signibus induit & siquidem ipse est Spiritus sanctus, examus & nos in spiritu. Quæratio adeò P. Balthassari arsisit, vt sàpe eam cum magno animæ suæ fructu repeteret. Alter Nouitius in quadam spirituali confi-



conferentia (pro ut moris est in Nouiciatu) respō-  
dit semel, se valde erubescere, quod res tam par-  
ux, res adeò magnas impedirent. Quod verbum  
adeò profundè ad Patris Balthassaris cor pene-  
travit, vt multa interna sensa Deus illi dederit  
circa illud: & quamvis sèpius repeteret huius ve-  
ritatis considerationem, nunquam tamen tædio  
propterea afficiebat; sed semper quasi recens  
videbatur ipsumque recreabat.


A V D I V I T alia vice Patrem quendam dicen- *Pater Ioan-*  
tem, quendam paruum puerum interrogatum, cur nes *Sasius*  
præcipiuus quidam Nobilis in quodam párvo pa- *scripsit ac re-*  
go habitaret, respondisse: eò quòd bona sua ibi *tulit.*  
haberet. Vir hic Sæctus, qui ex rebus omnibus spi-  
ritum eliciebat, ex hoc deduxit, quod Christus D.  
N. iam in cælo glriosus etiam inter nos reman-  
isset, eò quòd hic haberet sua bona, animas scili-  
cer suas, vt eas custodiret, eisque prosp. ceret: pro-  
pterea enim tempore Sacræ Communionis dici-  
tur: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat ani-*  
*mam tuam in vitam eternam, semper scilicet, do-*  
*nec ad illam peruenias.* Postquam autem pium  
hunc sensum habuit, dixit Patri, qui hæc retule-  
rat: *hoc ego habeo, quod quilibet puer me etiam*  
*doceat: ac propterea subditi ipsi aliqua interdum*  
*ei dicebant, quæ ad hoc eius institutum tendere*  
*videbantur, respicientes ad humilitatem, qua ex*  
*omnibus proficiebat.* Quidam ei dixit, se legisse  
apud S. Thomam: *in prima mundi ætate non fuisse*  
*idolatriam; eò quòd memoria Creatoris tunc*  
*est recens: & hoc videri valde ad rem ad virtu-*  
*tem Orationis intelligendam, quæ, cùm renouet*  
*Creatoris memoriam, efficit ne inordinate ad*

Gg            crea-



creaturas afficiamur. Quæ sententia adeò profundè pectus viri Sancti penetrauit, ut aliquamdiu suspensus hæserit: & postea petijt, ostendi sibi locum S. Thomæ, ut rem melius assequeretur: Mecum etiam ei accidit, quod Capite 34. fuit insinuatum.

ETIAMSI tot gesserit Superioris Officia, nunquam tamen aliquis in eo, vel arrogantiam, vel ullam elationem aduertit: in omnibus enim incedebat sicut alij; & ad res humiles & abiectas erat primus; & valde singularis in deferendo alijs, etiam subditis. Cùm esset Novitiorum Villa-Gartiæ Magister adeò venerabatur fratres studiosos, qui studijs finitis ad tertiam mittebantur probationem, vt cùm ego unus eorum essem, valde erubescerem, quod tantum me honore afficeret: & cùm domo egredieretur, cum socio graui aliquo Patre, non erat modus, ut ipse ad socij dexteram, sed socius ad ipsius dexteram, ambularet: & quando peruenit Toletum, eius Provinciae Præpositus Provincialis, in primo suo ingressu flexit genua, vt subditorum manus oscularetur, vt postea dicetur.



CAPIT



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN